Nº 1111.

Caixa F

8 e

T-16

BREVI (10)

CHIESA ITALIANA DI N.S. DI LORETO
LISBONA

CLEMENS PP. XII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM. Omnium Saluti paterna charitate intenti Sacra interdum loca Spiritualibus Indulgentiarum muneribus decoramus, ut inde fidelium defunctorum animæ Domini Nostri Iesu Xpi ejusque Sanctorum Suffragia meritorum consequi, et illis adiutæ ex Purgatorij pœnis ad æternam Salutem per Dei misericordiam perduci valeant. Volentes igitur Ecclesiam Nostræ Dominæ Lauretanæ nuncupat. Nationis Italicæ Civitatis Ulyxbonen Occidentalis, in qua (ut accepimus) vigintitres Missæ præter adventitias quotidie celebrantur, et in ea Situm Altare Sub Invocatione Sctî Ioannis Baptistæ hoc Speciali dono illustrare, aucte Nobis à Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordia, et Beatorum Petri, et Pauli Aplorum ejus aucte confisi, ut quandocumque Sacerdos aliquis Sæcularis, vel cujusvis Ordinis Regularis Missam defunctorum pro anima cujuscumque Christifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, ad dictum Altare celebrabit, anima ipsa de Thesauro Ecliæ per modum Suffragij Indulgentiam consequatur, ita ut ejusdem Dni Nri Iesu Christi, ac Beatissimæ Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium meritis Sibi Suffragand à Purgatorij pœnis liberetur concedimus, et indulgemus. In contrarium faciend non obstand quibuscumque. Pntibus perpetuis futuris temporibus valituris. Datum Romæ apud Sctam Mariam Majorem Sub Annulo Piscatoris die XVII. Septembris MDCCXXXII. Pontus Nri Anno Tertio.

Card. Oliverius

LISBONA